



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Andreæ Vallensis Vvlgo Del Vavlx Andanensis, I. V. D. Et  
In Alma Academia Lovaniensi SS. Canonum Professoris  
Ordinarii, Paratitla Ivris Canonici Sive Decretalivm D.  
Gregorii Papæ IX. Svmmaria Ac ...**

**Delvaux, André**

**Coloniæ Agrippinæ, 1686**

2. Divisio Voti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62177](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62177)

matum est, licet exterius verbis vel nullis vel nullam voti speciem p̄ se ferentibus fuerit expressum.

Addidi, cum animo se obligandi; quia actus agentium ex intentione non operantur ultra intentionem.

5. Denique additur ab eo, qui se obligare potest; quia quidam sese voto obligare non possunt, vel ab solitate, ut infantes & furiosi, ob defectum iudicis; vel non ita valide, quin votum eorum ab alio, in cuius sunt potestate, irritari possit, ut impuberes, sine consensu parentum aut tutorum, can. 1. 2. & 3. xx qu. 2. Item conuges post consummatum matrimonium, sine mutuo consensu.

Sic nec Episcopus votare peregrinationem potest, abesse consensu suae Ecclesie, & Magna 7. hoc sit, nec Clericus, absque licentia sui Episcopi, licet sine eius consensu Religionem ingredi possit. Similiter Monachus sine consensu Superioris, quia velle aut non habet, &c. Quorundam e. Si Religiose de electi in c. Denique servi, coloni adscriptiui vel originarii, in praecuditum suorum dominorum, votare nequeunt, can. Generale distinctione 54.

### §. II.

#### Diversio Voti.

1. *Votum aliud Solemne & Simplex.*
2. *Aliud Expressum & Tacitum.*
3. *Aliud Purum & Conditionale; item Personale, Reale, Mixtum.*
4. *Aliud Perpetuum & Temporale.*

1. **V**otum variè dividit soler. Primo in Solemne & Simplex. Solemne generaliter disipoteat, quod sit publicè, certis solemnitatibus, v. g. testibus aut juramento, exhibitis. Vel specialiter, quantum ad maximorum post contractum diuimendum, Solemne votum dicatur, quod ex decreto Ecclesie annexum est susceptioni Ordinis sacri: & profacione vel expresa vel tacita Religionis, per sedem Apostolicam approbata continetur, & unico hoc est. in 6. Simplex vero votum hodie est omne aliud votum, licet professione Religionis non approbatu continetur.

2. Secundo dividitor in Expressum & Tacitum Expressum est, quod verbis disciteris ex-

primitur. Tacitum, quod se ipso fieri censent quo voluntariè aliquid agitur, cui ipsum votum est annexum vel supponitur. Nejusmodi est, quod fit susceptione Ordinis sacri.

3. Tertiò dividitur in Purum & Conditionale. Item in Personale, Reale, & Mixtum. Personale est, dum promittitur, quod personam solam attingit, v. g. aliqua a Clio vel omissione, ut peregrinatio ad visitandum sepulcrum Domini &c. hoc sit. Tale etiam est votum Religionis a jejunii. Reale est, quo res extrema promittitur, ut in e. Ex parte 18. inf. de censib. Mixtum, quo urrumque, veluti peregrinatio cum oblatione, vel profectio Jerosolymam ad eam atris deliberandam, e. Non est. & seq. b. t.

Denique dividitur Votum in Perpetuum & Temporale.

### §. III.

#### De effectu seu obligatione voti.

1. *Votum ab initio voluntariè est, ex post facto necessitatis.*
2. *Solvitur votum defectu materiae.*
3. *Et Conditionis.*
4. *Irritatione. 5. Commutatione.*
6. *Dispensatione.*
7. *Quilibet commutare potest, qui dispensaret.*

1. Effectus autem voti, sive simplicis fidei solemnis, est, ut fides semel Deo data servetur. Tametsi enim ab initio liberum sit votare, vel non votare, tamen non est liberum, voto senti et emisse resistere, absque propria talium dispensatione, nisi ejus solutio intervenerit, &c. Littera 6. cum e seq. hoc sit can. 1. & seqq. XVII. q. 1. quia si fidem homini datam non oporteat frangere, multo magis fidem Deo datam servare oportet adeo ut ne quidem causa convertendi aliquem ad fidem licet insinuare votum. can. Non solum xxxviii. qu. 8. Quoniam hæres etiam defensione votum adimplere tenetur, si tale sit, quod per alterum impleri possit, ut est votum reale: alias paterna successione in dignum reddet, & reum anathematis, d. c. Littera & seq. sup. defensio.

2. Solvi seu redimi votum potest quaque modis. Primo, defectu materiae, si materia voti legitima esse definatur, vel absolute vel respectu votantis; ut si turpe votum fuerit, si quid indeas-